



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

igitur res male pijs cadit, etiamsi pessime cadit, quia
semper cruce erudiuntur, ut sibi ipsis manifesti fiunt.

SED IN OMNIBVS HIS NON PEC-

Nondum dominus ablatu est, sed sola domini bo-
na, mediocri autem molestia tuleris, si omnia auferan-
tur, modo dominus, bonorum thesaurus, maneat. Se-
pone et ipsum dominum, sola cruce obiecta, uidebis,
quid non blasphemiarum in hominis corde surgat.

CAP. II.

ET factum est quodam die, quum uenif-
sent filii Dei, ut consisteret coram Do-
mino, uenit etiam Satan in medio eo-
rum, ut consisteret coram Domino.

Et dixit dominus ad Satan, unde ue-
nis, respondens Satan Domino, & dixit,
circumeo terram, & perambulo eam.

Et dixit Dominus ad Satan, nunquid
aduertisti animum tuum, ad seruum me-
um Hiob, quod non sit similis ei in terra
uir integer & rectus, timens Dei, & decli-
nans a malo, & adhuc mordicus tenens
innocentiam suam, tu autem incitasti me,
ut perdiderim eum sine causa.

ANNOT. IN HIOB

Parēi hēsis in
textu, signifi-
cat eā dictio-
nē i Hebræo
non haberi,
sed tamē sen-
sui commo-
dam.

Respondēs Satan Domino, dixit, Pel-
lem pro pelle, & omnia quæ quispiā (ha-
bet) dabit pro anima sua.

Veruntamen extensa manu tua, tan-
ge os suum, & carnem suam, si non in fa-
ciem tuam benedixerit tibi.

Et dixit Dominus ad Satan, ecce ipse
(est) in manu tua, tātummodo animā
eius custodi.

PERDIDERIM EVM SINE CAUSA
SA. Quid? An ne sine causa Dominus, qui est sapi-
entissimus, adfligit? an aliquis est, qui unquā à domi-
no immerito periit? Quis enim est, qui non uel multo-
tos infernos propter peccata sua meruerit? quid era-
go est illud, sine causa? Aliud est esse sub lege, aliud
esse sub Euangelio. Lex omnes cōcludit sub peccatū,
omnes damnat & occidit. Proinde, quodcūq; suppli-
cium adhuc sub lege existentibus nōdum Euangelio
renatis, adcidit, iuste & merito adcidit, propterea
quod iusta sit poena, quæ peccato infligitur. Euāgelii
on uero, credentes à peccato soluit, adeoq; offert oīa
Christi bona, sanctificationem, iusticiam, redemptio-
nem. Fides, ut magnes ferrum, ita bona Christi per
Euangelion oblata, ad se adtrahit. Quæcunq; igitur
calamitas, per Euangelion in Christo renatis adci-
derit,

derit, immeritis & insonibus accidit, quando iam p
 fidem iustificati, purificati, ac innocentia Christi cir-
 cundati sint. Itaq; in adflucto, si respexeris legem uel
 peccata, merito adfligitur: sin Euangelion uel fidem,
 immerito adfligitur: neq; tunc supplicium, sed potius
 CRUX dicenda est. Quemadmodum enim Christo
 partim iustissima causa, quia peccata multorū tulit,
 & maledictionem legis pro omnibus credentibus su-
 biit: partim iniustissima, quia nullum unquā peccatū
 fecit, nec in eius ore dolus inuētus est, mors illata est:
 ita pii, partim meritiſſime adfliguntur: quia si iniqui-
 tatem obseruaueris domine, domine quis sustinebit?
 & non iustificatur in conspectu tuo omnis uiuens:
 partim uero immerito, quod per fidem eiusdem, cum
 Christo capite suo, innocentia & iusticia participes
 sunt. Igitur quod Dominus fateatur, se Hiobem sine
 causa adflixisse, non in legē & peccati maledictio-
 nem, respicit, sed in Euangelion & in fidem, quā in
 Hiob, se donante, inuenit. Est autem hoc libri huius
 THEMA, Dominū sine causa adfligere piū cruce-
 PELLE PRO PELLE &c.
 Rursum Satan agit, quod sue malignitatis est, ma-
 le enim interpretatur id qd optimū erat, dicēs, Nō-
 dū uideo innocentia Hiobis, nec dum uera eius iusti-
 cia in his tentationibus probata est, quādo, & in gē-
 tibus incredulis, hos inueniā mores, quæ ut corpus

Cruz innocē-
 tibus, sed no-
 centibus est
 supplicium.

Esaie 53.

Status dispu-
 tationū Hio-
 bis & amico-
 rum eius.

A N N O T. I N H I O B

redimant, ferrum patiuntur & ignes. Et quemadmodum si quis tempestate aliqua in mari obruitur, omnia in pelagus abiicit, modo uitam seruet, ita Hiob oues, boves, asinas, camelos, liberos, facile relinquit, pro salute sua & uita. Quid igitur amplius facit, infirmo patiente ferrum, nauta, aut mercatore quopiã, uita auro? Sed audi o Satan, Gentiũ quidem iustitia est, pelle pro pelle dare, at Dominũ in aduersis laudare, id quod Hiob facit, non est nisi piorum. Sicut gentium iustitia est, benefactores diligere, quod nec ipsum malum est at solius Christiani est, diligere malefactores.

E C C E I N M A N U T V A.

Traditur Satanae potestas in corpus Hiob, ut probator, non abiector reddatur, sed rursus ponitur terminus cruci, & potestas Satanae definitur, ut scias eum, ultra prescriptum & concessum, nihil posse, inquit enim, animam eius custodi, id est, uita nihil nocet, animam enim hoc loco pro uita corporali sumitur.

Et egressus est Satan a facie domini, & percussit Hiob pustula mala, a planta pedis, usque ad uerticem, & adcepit sibi testam ad scalpendum se, & ipse sedit in medio pulueris.

Et dixit ei uxor sua, quousque perduras in innocentia tua? Benedic deo & morere.

Et dixit

Et dixit ad eam, loquuta es, quasi una
de stultis mulieribus, si bonum suscepi-
mus a Domino, malum cur non suscipe-
remus? In omnibus istis, non peccauit
Hiob labiis suis,

QVOVSQVE PERDVRAS? Grauiſſima
tentatio de cura & prouidentia Dei, est enim sensus.
Quouſq; stultus es, putasne Deum curare mortalia?
nam si uel mica prouidentia rerum, aut curæ priorū in
Deo eſſet, quī fieri poſſet, ut tam horren-
di cruciatus tibi acciderent? putas ne pateretur dominus, ut tam
crudeliter adfligereris? quid Deū imploras? quid per-
duras ī simplicitate, imō in fatuitate? Deus sua curat,
interim hoībus nec bene, nec male faciēs, sine igitur
Deū, tu tua cures, si uel morte è tantis malis eruaris,
stultus es, qui existimes te habere propitiū Deum, in
tāis calamitatibus, dic Deo uale, & malorū finis erit.
Vides hoc loco, quantū mali sit uxor impia? nā aliās
uor à domino datur, ad communes labores ferēdos,
& ut Scriptura ait, in adiutorium. Sed ecce Hiobi fit
scandalum & blasphemum Sathanæ instrumentum:
adeoq; impiæ carnis præco est, quæ hāc blasphemiam
agnatam habet, ut in adfluctionibus Deum aut mortu-
um, aut rerum humanarū negligentem existimet, &
diffidētia salutis diuinæ, ad proprias uires, industriā,
studiaq; confugere suadeat, Treno. 3. Ex ore altissi-
mi non egredientur, nec bona, nec mala, Ezech. 8.

Tentatio de
prouidentia
Dei.

Blasphemia
rationis car-
nalis.

ANNOT. IN HI OB

Quisq; in abscondito cubilis sui: dicunt, nō uidet Dominus nos, dereliquit dominus terrā. Quōd si cui libuerit, uideat apud Origenē huius impie uxoris blasphemias, & muliebrem cōquestionem, artificiosissime tractatam.

SI BONA SVSCEPIMVS &c.

Bona à Domino.
Mala sunt à Satana.

E manu domini & bona & adflictiones ueniūt: he, ut probemur: illa, ut in bonis terræ, bonorū celestium gustū habeamus. Porro, adflictiones, male dicuntur, nō ex se, sed pro cōmuni opinione, quod enī ē manu Domini uenit, non est malū. Fit autē malum, aut ex Satana, aut ex homine per Satanā seducto, & bonis domini rebus male abutenti. Paupertas bona est, quia à Domino, testante Salomone, Prover. 17. Qui ridet pauperē, conuicium facit factori eius, fit autē mala, quia ab impio male recipitur. Sic infirmitates, & adflictiones, bonæ sunt, si fide: malæ, si infidelitate receperis. Neq; hoc solum de adflictionibus uerum est, sed & de omnibus Dei donis, ut sunt diuitiæ, potentia, gloria, sapientia &c. imò & de ipso Deo. Nam ut bona sunt dona pio, impio uero mala, ita Dominus cum sanctis, sanctus est, cum peruersis peruersus, Psal. 17.

IN OMNIBVS HIS NON PECCAVIT.

Hactenus Hiob perdurauit constans, bonorū direptione, corporis plagas, fortissima se sustinens.

Præterea,

Præterea, carnis impiæ, hoc est, uxoris tētationes de
 prouidentia Dei, superans, non suis uiribus, sed ma-
 nu domini suffultus, & quod alioqui homini impos-
 sibile fuisset, hoc per fidē in Dominū, nō modo pos-
 sibile, sed & facile factu est. Post autem, Domino se
 subtrahente, ac in corde pij sese occultante, ad hæc
 horrore mortis, sine ullo cōsolationis Verbo ob oculos
 posito: postremo, amicis optimis & sapiētissimis
 iuxta carnem uris calumniantibus, longe alia, quā
 laudes Dei, & gratiarum actiones à tam honorifice
 laudato, audies.

Iudicium Do-
 mini.

Et audierunt tres amici Hiob, omne
 malum quod uenerat super ipsum, & ue-
 nerunt, unusquisq; de loco suo. Eliphaz
 Themanites, & Bildad Suhites, & Sophar
 Naamathites, & decreuerūt secū, ut irēt
 ad condolendū ipsi, & consolandū eum.

Et sublatis oculis suis procul, nō agno-
 uerunt eum, leuataq; uoce, plorauerunt,
 diruperūt unusquisq; uestimentū suū,
 & sparserūt puluerē sup capita sua sursum.

Et confederūt cum ipso ad terrā septē
 diebus & septē noctibus, nec loquuti sunt
 cum eo quidquā (propterea) quod uide-
 rent maximum esse dolorem.

ANNOT. IN HIOB

AVDIERVNT TRES AMICI &c.

Neq; amici,
neq; honestas
morū doctri-
nam satis pro-
bant, Deut.

Ea demum uera est amicitia, non ollis aut patinis conciliata, quæ in aduersis æque, ut in prosperis, perdurat: foelicitas quidem multos connumerat amicos, in foelicitate aut, uelut aurum igne probantur. Quod igitur ad ueram amicitie rationem pertinet, nihil potes in amicis Hiob reprehendere, specimen enim candidi pectoris, etiam in aduersitatibus exhibent, conueniunt, uisitant ad fluctū, cōpatiuntur, cōplorāt, uestes dirūpunt, spargunt puluerē super capita, confidunt in terrā. Quod si tanto cādore docuissent, quanto amarunt, nemo ferē ipsis magis pie docuisset. Iam uide, quāto periculo è uita cuiuspiā honesta, doctrinā eius iudicaueris. Si enim horū uirorū doctrinā, et orationes, quibus Hiob aduersantur, ad uitā & charitatis opera honestissima, exegeris, optimas dices: contra, si Hiobis doctrinā, ad importunitatē eius cōferas, falsam dixeris. Aliter spiritus domini iudicat, dicens ca-
42. iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos quomā nō estis loquuti rectū, sicut seruus meus Hiob.

AD CONDOLENDVM.

Vt congratulatio prosperitatibus cōmunicat, ita cōdolētia tribulatiōibus: habere enim q̄ condoleseat, non mediocre ad fluctis solatiū exhibet: & ut facilius fert onus, q̄ supposito alterius hūmero adiuuatur, ita facilius fert ad fluctiones, qui cōdolentē sortitur: unde

Paulus ait: Gaudete cum gaudentibus, flete cum
flentibus &c. Adeoq; hæc est uera ecclesiæ cōmuniō,
quod habeat cōmunes & fœlicitates & adfluctiōes.

SPARSERVNT PVLVEREM &c.

Sic Iosue 7. audito cladis nuncio, scidit Iosue uesti
menta sua, & seniores miserūt puluerē super capita
sua. Sunt enim hæc signa cōsternatæ, hūiliatæq; men
tis, nec mirū qđ nondū reuelato Euāgelio, his signis
uetus usa fuerit, quādo oportebat & legē & legis
signa cōcordia esse. Lex occidit & in puluerē dedu
cit, dicēs: Puluis es, & in puluerē reuerteris: proinde
hūiliatus cōmode puluere adspargitur, ut etiā exteri
ori larua, se esse qđ est, declarat. Euāgelion uero, in
duit nos uestimētis gloriæ: induit Christo, puluerē ab
stergēte, ut iā nō puluerulēti, sed cœlestes simus: Con
uersatio nostra, inq; Paulus, in cœlis est. Coruscante
itaq; Euāgelio, & lex & legales umbræ abcesserūt.
NEC LOCVTI SVNT &c. Et hoc pruden
tie est, adflucto importunitate non esse molestum, im
portuna enim bencuolentia, ut prouerbio dicitur, ni
hil ab inimicitia distat, & medicus, seu mauius, conso
lator loquax, nouus morbus ægroto est.

ELIPHAS THEMANITES.

Gen. 26. Esau genuit Eliphas, Eliphas genuit The
man, q̄ regioni nomen dedit, unde forte hoc loco Eli
phas Themanites dicitur. Et Gen. 25. Abraham ex

ANNO T. IN HIOB

Cetura suscepit Suha, qui similiter regioni nomē dedit. Vnde Bildad Suhites dicitur. De Naamath nihil certi constat: Fuerunt autē isti regionū principes, sicut & Hiob, ut ex græca translatione intelligere licet: Ita enim habet Græcus, Ἐλιφάξ ὁ Θαυμαῶν βασιλεὺς, καὶ Βέλδαδ ὁ Σαυχαίων τύραννος, σφάξ ὁ μινναίων βασιλεὺς, id est, Eliphaz Thema norū rex, & Beldad Sauchaorū tyrannus, Sophar Minæorum rex. Reor autem apud suos, tali loco fuisse, & Hiobem & amicos, quali apud nos habentur comites, aut, ut uocant, barones, seu principes.

CAP. III.

Post hæc adperuit Hiob os suū, & execratus est diem suum.

Euitæ sunt ab Hiob grauisimæ tentationes, non suo Marte, sed Domini præsentia: nūc autem ablati diuitijs, liberis, & sanitate, Dominus patrem & præsentia suam occultat, ac subtrahit Hiob: interim obiecto mortis iudicio iudicē, imò carnificē agens, non

In tentatione ut perdat: sed primū, ut toti mundo declaret, priore dante Domi- uictorias suas, non Hiobis fuisse: Dein, ut doceat, quā no, persistit sit homo quantūcūq; pius, sine Deo patre, nisi enim homo.

Deus patrē egerit, actum est, non solum de peccatoribus impijs, uerum etiam de uniuersis sanctis: omni propo